

LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST.

Št. XI.

1907.

Vsebina: 104. Motu proprio Pii PP. X. de sententiis pontificalis consilii rei biblicae provehendae praepositi ac de censuris et poenis in eos qui praescripta adversus modernistarum errores neglexerint. — 105. Decretum de spon-
salibus et matrimonio. — 106. Decretum de Indulgentia Plenaria die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum in Ecclesiis Ordinis S. Benedicti et in quavis Ecclesia a Gestantibus Numisma S. P. B. Jubilare toties quoties lucranda. — 107. Evharistični shod duhovnikov ljubljanske škofije. — 108. Določba glede dušnega pastirstva pri c. kr. deželni brambi. — 109. Usus pileoli vel bireti occasione viatici. — 110. Duhovniki ljubljanske škofije — udeleženci duhovnih vaj l. 1907 — 111. Konkurni razpis. — 112. Škofijska kronika

104.

Sanctissimi Domini Nostri Pii divina providentia PAPAE X

de sententiis pontificalis consilii rei biblicae provehendae praepositi ac de censuris et poenis in eos qui praescripta adversus modernistarum errores neglexerint
motu proprio.

Praestantiâ Scripturae Sacrae enarratâ, eiusque commendato studio, Litteris Encyclicis *Providentissimus Deus*, datis XIV Calendas decembres a. MDCCCLXXXIII, Leo XIII. Noster immortalis memoriae Decessor, leges descripsit quibus Sacrorum Bibliorum studia ratione proba regerentur; Librisque divinis contra errores calumniasque Rationalistarum assertis, simul et ab opinionibus vindicavit falsae doctrinae, quae critica sublimior audit; quas quidem opiniones nihil esse aliud palam est, nisi *Rationalismi commenta*, quemadmodum sapientissime scribebat Pontifex, *e philologia et finitimis disciplinis detorta*.

Ingravescenti autem in dies periculo prospecturus, quod inconsultarum deviarumque sententiarum propagatione parabatur, Litteris Apostolicis *Vigilantiae studique memores*, tertio calendas novembres a. MDCCCCII datis, Decessor idem Noster Pontificale Consilium seu *Commissionem* de re Biblica condidit, aliquot doctrina et prudentia claros S. R. E. Cardinales complexam, quibus, Consultorum nomine, complures e sacro ordine adiecti sunt viri, e doctis scientiâ theologiae Bibliorumque Sacrorum delecti, natione varii, studiorum exegeticorum methodo atque opinamenti dissimiles. Scilicet id commodum Pontifex, aptissimum studiis et aetati, animo spectabat, fieri in Consilio locum sententiis quibusvis libertate omnimoda proponendis, expendendis disceptandisque; neque ante, secundum eas Litteras, certa aliqua in sententia debere Purpuratos Patres consistere, quam quum cognita prius et in utramque partem examinata rerum argumenta forent, nihilque esset posthabitu, quod posset clarissimo collocare in lumine

verum sincerumque propositarum de re Biblica quaestionum statum: hoc demum emenso cursu, debere sententias Pontifici Summo subiici probandas, ac deinde pervulgari.

Post diuturna rerum iudicia consultationesque diligentissimas, quaedam feliciter a Pontificio de re Biblica Consilio emissae sententiae sunt, provehendis germane biblicis studiis, iisdemque certa norma dirigendis peritiles. At vero minime deesse conspiciamus qui, plus nimio ad opiniones methodosque praeperniciosis novitatibus affectas, studioque praeter modum abrepti falsae libertatis, quae sane est licentia intemperans, probatque se in doctrinis sacris equidem insidiosissimam maximorumque malorum contra fidei puritatem fecundam, non eo, quo par est, obsequio sententias eiusmodi, quamquam a Pontifice probatas, exceperint aut excipiant.

Quapropter declarandum illud praecipendumque videmus, quemadmodum declaramus in praesens expresseque praecipimus, universos omnes conscientiae obstringi officio sententiis Pontificalis Consilii de re Biblica, sive quae adhuc sunt emissae sive quae posthac edentur, *perinde ac Decretis Sacrarum Congregationum pertinentibus ad doctrinam probatisque a Pontifice, se subiiciendi*; nec posse notam tum detrectatae oboedientiae tum temeritatis devitare aut culpâ propterea vacare gravi quotquot verbis scriptisve sententias has tales impugnent; idque praeter scandalum, quo offendant, ceteraque quibus in causa esse coram Deo possint, aliis, ut plurimum, temere in his errateque pronunciatis.

Ad haec, audentiores quotidie spiritus complurium modernistarum repressuri, qui sophismatis artificisque omne genus vim efficacitatemque nituntur adimere non Decreto solum *Lamentabili sane exitu*, quod v. nonas Iulias anni vertentis S. R. et U. Inquisitio, Nobis iubentibus, edidit, verum etiam Litteris Encyclicis Nostris *Pascendi Dominici gregis*, datis die VIII mensis Septembris istius eiusdem anni, Auctoritate Nostra Apostolica iteramus confirmamusque tum *Decretum* illud Congregationis Sacrae Supremae, tum *Litteras* eas Nostras *Encyclicas*, addita *excommunicationis* poena adversus contradictores; illudque declaramus ac decernimus, si quis, quod Deus avertat, eo audaciae progrediatur ut quamlibet e propositionibus, opinionibus doctrinisque in alterutro documento, quod supra diximus, improbatis tueatur, censurâ ipso facto plecti Capite *Docentes* Constitutionis *Apostolicae Sedis* irrogatâ, quae prima est in excommunicationibus latae sententiae Romano Pontifici simpliciter reservatis. Haec autem excommunicatio salvis poenis est intelligenda, in quas, qui contra memorata documenta quidpiam commiserint, possint, uti propagatores defensoresque haeresum, incurrere, si quando eorum propositiones, opiniones doctrinaeve haereticae sint, quod quidem de utriusque illius documenti adversariis plus semel usuvenit, tum vero maxime quum modernistarum errores, id est *omnium haereseon collectum*, propugnant.

His constitutis, Ordinariis dioecesum et Moderatoribus Religiosarum Consociationum denuo vehementerque commendamus, velint pervigiles in magistros esse, Seminariorum in primis; repertosque erroribus modernistarum imbutos, novarum nocentiumque rerum studiosos, aut minus ad praescripta Sedis Apostolicae, utcumque edita, dociles, magisterio prorsus interdican: a sacris item ordinibus adolescentes excludant, qui vel minimum dubitationis iniiciant doctrinas se consecrari damnatas novitatesque maleficas. Simul hortamur, observare studiose ne cessent libros aliaque scripta, nimium quidem percrescentia, quae opiniones proclivitatesque gerant tales, ut improbatis per Encyclicas Litteras Decretumque supra dicta consentiant: ea summovenda curent ex officinis librariis catholicis multoque magis e studiosae iuventutis Clerique manibus. Id si sollerter accuraverint, verae etiam solidaeque faverint institutioni mentium, in qua maxime debet sacrorum Praesulum sollicitudo versari.

Haec Nos universa rata et firma consistere auctoritate Nostra volumus et iubemus, contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XVIII mensis Novembris a. MDCCCXVII, Pontificatus Nostri quinto.

PIVS PP. X.

105.

Decretum de sponsalibus et matrimonio

iussu et auctoritate Ss. D. N. Pii Papae X a.S. Congregatione Concilii editum.

Ne temere inirentur clandestina coniugia, quae Dei Ecclesia iustissimis de causis semper detestata est atque prohibuit, provide cavit Tridentinum Concilium, cap. 1, Sess. XXIV de reform. matrim. edicens: „Qui aliter quam praesente parochus vel alio sacerdote de ipsius parochi seu Ordinarii licentia et duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos Sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, et huiusmodi contractus irritos et nullos esse decernit.“

Sed cum idem Sacrum Concilium praecepisset, ut tale decretum publicaretur in singulis paroeciis, nec vim haberet nisi iis in locis ubi esset promulgatum; accidit ut plura loca, in quibus publicatio illa facta non fuit, beneficio tridentinae legis caruerint, hodieque careant, et haesitationibus atque incommodis veteris disciplinae adhuc obnoxia maneant.

Verum nec ubi viguit nova lex, sublata est omnis difficultas. Saepe namque gravis exstitit dubitatio in

decernenda persona parochi, quo praesente matrimonium sit contrahendum. Statuit quidem canonica disciplina, proprium parochum eum intelligi debere, cuius in paroecia domicilium sit, aut quasi domicilium alterutrius contrahentis. Verum quia nonnunquam difficile est iudicare, certo ne constet de quasi-domicilio, haud pauca matrimonia fuerunt obiecta periculo ne nulla essent: multa quoque, sive inscitia hominum sive fraude, illegitima prorsus atque irrita deprehensa sunt. —

Haec dudum deplorata, eo crebrius accidere nostra aetate videmus, quo facilius ac celerius commeatus cum gentibus, etiam disiunctissimis, perficiuntur. Quamobrem sapientibus viris ac doctissimis visum est expedire ut mutatio aliqua induceretur in iure circa formam celebrandi connubii. Complures etiam sacrorum Antistites omni ex parte terrarum, praesertim e celebrioribus civitatibus, ubi gravior appareret necessitas, supplices ad id preces Apostolicae Sedi admovent.

Flagitatum simul est ab Episcopis, tum Europae plerisque, tum aliarum regionum, ut incommotis occurreretur, quae ex sponsalibus, id est mutuis promissionibus futuri matrimonii privatim initis, derivantur. Docuit enim experientia satis, quae secum pericula ferant eiusmodi sponsalia: primum quidem incitamenta peccandi causamque cur inexpertae puellae decipiantur; postea dissidia ac lites inextricabiles.

His rerum adiunctis permotus SSmus D. N. Pius PP. X pro ea quam gerit omnium Ecclesiarum sollicitudine, cupiens ad memorata damna et pericula removenda temperatione aliqua uti, commisit S. Congregationi Concilii ut de hac re videret, et quae opportuna aestimaret, Sibi proponeret.

Voluit etiam votum audire Consilii ad ius canonicum in unum redigendum constituti, nec non Emorum Cardinalium qui pro eodem codice parando speciali commissione delecti sunt: a quibus, quemadmodum et a S. Congregatione Concilii, conventus in eum finem saepius habiti sunt. Omnium autem sententiis obtentis, SSmus Dominus S. Congregationi Concilii mandavit, ut decretum ederet quo leges a Se, ex certa scientia et matura deliberatione probatae, continerentur, quibus sponsalium et matrimonii disciplina in posterum rege-retur, eorumque celebratio expedita, certa atque ordinata fieret.

In executionem itaque Apostolici mandati S. Concilii Congregatio praesentibus litteris constituit atque decernit ea quae sequuntur.

De sponsalibus.

I. — Ea tantum sponsalia habentur valida et canonicos sortiuntur effectus, quae contracta fuerint per scripturam subsignatam a partibus et vel a parcho, aut a loci Ordinario, vel saltem a duobus testibus.

Quod si utraque vel alterutra pars scribere nesciat, id in ipsa scriptura adnotetur; et alius testis addatur, qui cum parcho, aut loci Ordinario, vel duobus testibus, de quibus supra, scripturam subsignet.

II. — Nomine parochi hic et in sequentibus articulis venit non solum qui legitime praeest paroeciae canonice erectae; sed in regionibus, ubi paroeciae canonice erectae non sunt, etiam sacerdos cui in aliquo definito territorio cura animarum legitime commissa est, et parcho aequiparatur; et in missionibus, ubi territoria necdum perfecte divisa sunt, omnis sacerdos a missionis Moderatore ad animarum curam in aliqua statione universaliter deputatus.

De matrimonio.

III. — Ea tantum matrimonia valida sunt, quae contrahuntur coram parcho vel loci Ordinario vel sacerdote ab alterutro delegato, et duobus saltem

testibus, iuxta tamen regulas in sequentibus articulis expressas, et salvis exceptionibus quae infra n. VII et VIII ponuntur.

IV. — Parochus et loci Ordinarius valide matrimonio adsistunt,

§ 1.º a die tantummodo adeptae possessionis beneficii vel initi officii, nisi publico decreto nominatim fuerint excommunicati vel ab officio suspensi;

§ 2.º intra limites dumtaxat sui territorii: in quo matrimoniis nedum suorum subditorum, sed etiam nou subditorum valide adsistunt;

§ 3.º dummodo invitati ac rogati, et neque vi neque metu gravi constricti requirant excipiantque contrahentium consensum.

V. — Licite autem adsistunt,

§ 1.º constituto sibi legitime de libero statu contrahentium, servatis de iure servandis;

§ 2.º constituto insuper de domicilio, vel saltem de menstrua commoratione alterutrius contrahentis in loco matrimonii;

§ 3.º quod si deficiat, ut parochus et loci Ordinarius licite matrimonio adsint, indigent licentia parochi vel Ordinarii proprii alterutrius contrahentis, nisi gravis intercedat necessitas, quae ab ea excuset.

§ 4.º Quoad *vagos*, extra casum necessitatis parcho ne liceat eorum matrimoniis adsistere, nisi re ad Ordinarium vel ad sacerdotem ab eo delegatum delata, licentiam adsistendi impetraverit.

§ 5.º In quolibet autem casu pro regula habeatur, ut matrimonium coram sponsae parcho celebretur, nisi aliqua iusta causa excuset.

VI. — Parochus et loci Ordinarius licentiam concedere possunt alii sacerdoti determinato ac certo, ut matrimoniis intra limites sui territorii adsistat.

Delegatus autem, ut valide et licite adsistat, servare tenetur limites mandati, et regulas pro parcho et loci Ordinario n. IV et V superius statutas.

VII. — Imminente mortis periculo, ubi parochus, vel loci Ordinarius, vel sacerdos ab alterutro delegatus, haberi nequeat, ad consulendum conscientiae et (si casus ferat) legitimationi prolis, matrimonium contrahi valide ac licite potest coram quolibet sacerdote et duobus testibus.

VIII. — Si contingat ut in aliqua regione parochus locive Ordinarius, aut sacerdos ab eis delegatus, coram quo matrimonium celebrari queat, haberi non possit, eaque rerum conditio a mense iam perseveret, matrimonium valide ac licite iniri potest emissio a sponsis formali consensu coram duobus testibus.

IX. — § 1.º Celebrato matrimonio, parochus, vel qui eius vices gerit, statim describat in libro matrimoniorum nomina coniugum ac testium, locum et diem celebrati matrimonii, atque alia, iuxta modum in libris ritualibus vel a proprio Ordinario praescriptum; idque

licet alius sacerdos vel a se vel ab Ordinario delegatus matrimonio adstiterit.

§ 2.^o Praeterea parochus in libro quoque baptizatorum adnotet, coniugem tali die in sua parochia matrimonium contraxisse. Quod si coniux alibi baptizatus fuerit, matrimonii parochus notitiam initi contractus ad parochum baptismi sive per se, sive per curiam episcopalem transmittat, ut matrimonium in baptismi librum referatur.

§ 3.^o Quoties matrimonium ad normam n. VII aut VIII contrahitur, sacerdos in priori casu, testes in altero, tenentur in solidum cum contrahentibus curare, ut initum coniugium in praescriptis libris quam primum adnotetur.

X. — Parochi qui huc hactenus praescripta violaverint, ab Ordinariis pro modo et gravitate culpae puniantur. Et insuper si alicuius matrimonio adstiterint contra praescriptum § 2ⁱ et 3ⁱ num. V, emolumenta *stolae* sua ne faciant, sed proprio contrahentium parochi remittant.

XI. — § 1.^o Statutis superius legibus tenentur omnes in catholica Ecclesia baptizati et ad eam ex haeresi aut schismate conversi (licet sive hi, sive illi ab eadem postea defecerint), quoties inter se sponsalia vel matrimonium ineant.

§ 2.^o Vigent quoque pro iisdem de quibus supra catholicis, si cum acatholicis sive baptizatis sive non

baptizatis, etiam post obtentam dispensationem ab impedimento mixtae religionis vel disparitatis cultus, sponsalia vel matrimonium contrahunt; nisi pro aliquo particulari loco aut regione aliter a S. Sede sit statutum.

§ 3.^o Acatholici sive baptizati sive non baptizati, si inter se contrahunt, nullibi ligantur ad catholicam sponsalium vel matrimonii formam servandam.

Praesens decretum legitime publicatum et promulgatum habeatur per eius transmissionem ad locorum Ordinarios: et quae in eo disposita sunt ubique vim legis habere incipiant a die solemni Paschae Resurrectionis D. N. I. C. proximi anni 1908.

Interim vero omnes locorum Ordinarii curent hoc decretum quamprimum in vulgus edi, et in singulis suarum dioecesium parochialibus ecclesiis explicari, ut ab omnibus rite cognoscatur.

Praesentibus valituris de mandato speciali SSmi D. N. Pii PP. X, contrariis quibuscumque etiam peculiari mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae die 2^a mensis Augusti anni 1907.

† Vincentius Card. Ep. Praenest.,
Praefectus.

C. De Lai,
Secretarius.

106.

Decretum de Indulgentia Plenaria die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum in Ecclesiis Ordinis S. Benedicti et in quavis Ecclesia a Gestantibus Numisma S. P. B. Jubilare toties quoties lucranda.

A. SS. D. Pio PP. X. eiusdem Ordinis Protectore munificentissime concessa.

Beatissime Pater!

Hildebrandus de Hemptinne, Abbas Primas O. S. B., et Bonifacius M. Krug, Abbas Ordinarius Montis Cassini, ad pedes S. V. provoluti, sequentia exponunt et postulant:

Summorum Romanorum Pontificum largitate nonnulli Religiosorum Ordines Indulgentia Plenaria, toties quoties a christifidelibus ipsorum Ecclesias statutis diebus visitantibus lucranda, aucti sunt.

Quare oratores a benignitate S. V. expostulare audent, ut etiam Ordini S. Patriarchae Benedicti, utpote, inter Ordines occidentales antiquissimo et de Ecclesia civilique societate non parum merito, simile privilegium tribuere dignetur; ita quidem ut huiusmodi Indulgentia Plenaria, animabus in Purgatorio detentis etiam appli-

cabilis, a primis Vesperis diei primae Novembris usque ad occasum solis diei sequentis, in qua Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum pie recolitur, quotannis a christifidelibus toties acquiri valeat, quoties ipsi visitaverint Ecclesias vel publica Oratoria Ordinis S. Benedicti nigri coloris, tam Monachorum, quam Sanctimonialium, si confessi ac S. Synaxi refecti ad mentem S. V. preces effuderint.

Quae scilicet dies prae ceteris eligenda videtur: 1^o eo quod ex sedula opera S. Odilonis, Abbatis Cluniacensis Ord. S. Benedicti, Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum pro universa Ecclesia stabilienda initium duxerit;

2^o quia fideles die praefata frequentiores celebrare solent Ecclesias et inibi Sacramenta suscipere ad sublevandas animas piacularibus flammis addictas.

Insuper expostulant oratores Indultum, quo christifideles S. Numisma Jubilare S. Benedicti habitualiter gestantes, loco Indulgentiae de Portiuncula nuncupatae, quae ex authenticis documentis huic Numismati adnexa bona fide existimabatur, deinceps hanc alteram supramemorata die concessam acquirere valeant visitantes quamcumque Ecclesiam vel publicum Sacellum, ceteraque pia opera, de quibus supra, praestantes, si valetudinis causa vel impedimento clausurae aut nimiae distantiae — scilicet unius saltem milliarum — Ecclesiam aut Oratorium Ordinis S. Benedicti adire nequiverint. Et Deus etc. . . .

SS.mus D.nus Nr. Pius PP. X., in Audientia habita die 27 Eebruary 1907 ab infrascripto Card. Praef. S. C.

Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, benigne annuit pro gratia in omnibus juxta preces

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem S. C. die 27 Februarii 1907.

S. Card. Cretoni, Praef.

† D. Panici, Archiep. Laod., Secret.

Z dekretom iste kongregacije z dne 2. septembra l. 1907. se je ta odpustek razširil na vse cerkve in oratorije benediktinskega reda nulla facta distinctione formae et coloris habitus vel familiae.

107.

Evharistični shod duhovnikov ljubljanske škofije v Ljubljani, dne 22. avgusta 1907.

Prav na tihem, Ljubljana je komaj vedela zato, se je 22. avgusta t. l. zbralo lepo število (okrog 170) duhovnikov ljubljanske škofije v Ljubljani k evharističnemu zborovanju. Ob 8. uri zjutraj je v stolnici premil. gospod knezoškof dr. Anton Bonaventura Jeglič daroval sv. mašo, pri kateri so bili navzoči duhovniki adoratores in množica vernega ljudstva. Peli so pri sveti maši duhovniki pod vodstvom g. F. Ferjančiča, orgljal je gospod p. Hugolin Sattner. Po sv. maši so duhovniki napolnili veliko dvorano knezoškofijske palače. Navzoči so bili: premil. g. knezoškof, skoro polnoštevni stolni kapitelj ljubljanski, novomeški prošt milostivi g. Elbert s kanonikom Povšetom, msgr. Zupančič, kanonika dr. Lesar in Kržič, unijatski dekan Hranilovič, mnogo gg. dekanov in 150 drugih duhovnikov.

Ob 9. uri je otvoril zborovanje škofijski upravitelj duhovnikov častivcev ljubljanske škofije, milostivi g. generalni vikar in prelat Janez Flis. Iskreno je pozdravil premil. gospoda knezoškofa in vse navzoče zborovavce ter izrekel željo, naj bi to zborovanje evharistični Jezus obilno blagoslovil, da se tudi v naši škofiji vedno bolj oživi in okrepi gorečnost v češčenju presv. Evharistije. Poudarjal je, da namen shoda ni nič drugega kakor: adveniat regnum tuum eucharisticum v srca vseh duhovnikov in po njih tudi v srca vseh slovenskih vernikov.

Za predsednika zborovanju je bil soglasno izvoljen sklicatelj mil. g. prelat Flis, zapisnikarjem sta bila imenovana stolni vikar Potokar in kaplan Zabret.

Na to je kot prvi poročevavec govoril g. Frančišek Vovko, kaplan v Starem trgu pri Ložu. Vsebina njegovega iskrenega in navdušenega govora je bila:

Češčenje evharističnega Jezusa je v sedanjem času vzbudilo v duši našega ljudstva novo življenje. Gotovo dejstvo, da se naše ljudstvo vedno bolj oklepa evharističnega Jezusa, naj nas duhovnike navdaja z novim pogumom. Kdor svoje ljudstvo v resnici ljubi, ta ga bo v nemal za češčenje in vdanost do presvete Evharistije.

Živahno pritrdjevanje in odobravanje poslušavcev koncema govora je pričalo, da so besede gospoda govornika prihajale iz srca in segle v srce. Govor se bo natisnil v „Euharistiji“.

Drugi govornik je bil g. Jož. Seigerschmied, župnik v Lescah pri Bledu. Poročal je: Središče duhovnikovega življenja in delovanja je in mora biti presveta Evharistija. Bog sam mu je odločil to središče. Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis, quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. Heb. V., 1. Kjer vidiš tempel, kjer vidiš altar, tam najdeš tudi duhovnika. Conc. Tridentinum: Sacrificium et sacerdotium ita sunt coniuncta, ut in omni lege exstiterint. Sv. Tomaž Akv.: Sacramentum ordinis ordinatur ad Eucharistiam. Na to svetišče, na presv. Evharistijo vodijo duhovniki vse njegove potrebe. Duhovnik se ne more in ne sme zadovoljiti z navadno pravičnostjo, marveč povzpne naj se v čednosti do viška: sredstvo za to je presveta Evharistija. Tudi druge mora voditi k pravičnosti, sredstvo za to je zopet presv. Evharistija. Kdo drugi bolj nego duhovnik potrebuje dobrega svéta, bodrila, tolažbe, pomoči. Vse to dobi v polni meri v presv. Evharistiji. Zlasti mi duhovniki bodimo torej poslušni klicu Jezusa: venite ad me omnes . . . Jezus, ki ima v

oblasti vsa srca, bo popravil tudi vse naše napake, če jih Njemu zaupamo. Zato naj duhovnik vso tisto ljubezen, s katero se oklepa očetovskega doma ali svojih dragih, prenese na evharističnega Jezusa ter k njemu kliče s sv. Bernardom: tu mihi pater, tu mihi mater, frater, soror, tu mihi omnia!

Glasno priznanje vseh poslušavcev je bilo v zahvalo g. poročevalcu za temeljito, dobro premišljeno poročilo.

Tretji poročevavec, g. dr. Jož. Gruden, profesor cerkvene zgodovine v ljubljanskem duhovnem seminšču, nas je zamislil nazaj v preteklost in z zgodovinskimi dejstvi pokazal, kako je bilo nekdanj s češčenjem presv. Evharistije v slovenskem ljudstvu in kolikega pomena je bilo to češčenje za verski preporod našega naroda. Kadarkoli so razne krivoverske sekte in od brezverstva navdahnjeni krščanski mlačneži skušali zatreti vsako zdravo versko gibanje v našem ljudstvu (bogomilstvo, husitizem, luteranstvo, jožefinizem in janzenizem), tedaj se je to ljudstvo z večjo vnetostjo oklenilo evharističnega Jezusa in to mu je bilo v rešitev.

Ker upamo, da se bo to izborna in zelo podučno poročilo tudi dalo v tisek, zato naj se tukaj omejimo samo še na sklepne besede g. poročevalca: Zgodovina nas uči, da je češčenje presv. Evharistije najboljšo sredstvo, obvarovati ljudstvo pred kugo krivo- in brezverstva. Ne pozabimo, da je presv. Evharistija srce sv. katoliške cerkve; s presv. Evharistijo se dviga in pada versko življenje; ne pozabimo, da je mogočno evharistično gibanje vselej stalo kot najmočnejši odpor proti krivoverstvu in indiferentizmu. Zato se v bojih našega časa zavedajmo, kje je naša moč, kje naša zaslomba: Evharistična družba bodi zopet naša najimunitnejša socialna organizacija, središče, katerega naj se vse oklepa. Med navdušenim odobravanjem vseh navzočih je sklepal g. poročevavec svoje lepo poročilo z pozivom, da se mi duhovniki s svojim ljudstvom tembolj oklepajmo evharističnega Jezusa, čim hujši je sovražnik, hi hoče iztrgati vero iz srca našega ljudstva.

Četrto poročilo je imel č. g. p. Matevž Vidmar iz Kamnika, ki nas je z izbrano in navdušeno besedo bodril, da bodimo mi duhovniki najbolj zvesti evharističnemu Jezusu, ki nam velevala: manete in dilectione

mea. Če smo Mu zvesti mi, pridobivali bomo tudi ljudstvo za Njega, in če bo ljudstvo za Jezusa, zvesto Jezusu, zvesto bo tudi nam in našemu delu.

Po teh govorih, ki so bili vsi z enako navdušenostjo sprejeti, je gospod predsednik prelat Flis poročal o stanju družbe češčenja presv. Rešnjega Telesa.

Na to je govoril g. Jož. Kržišnik, dekan v Trnovem pri Ilirski Bistrici o pogostnem in vsakdanjem sv. obhajilu. Na podlagi znanega dekreta je podal nekaj praktičnih navodil, kako vernike in zlasti šolsko mladino navajati k pogostnemu sv. obhajilu.

Zborovanje, ki se je ob 12. uri zaključilo, se je nadaljevalo popoldan ob 1/23 uri.

Gosp. Janez Kalan, župnik v Zapogah, je govoril o načinu, kako naj se moli ura češčenja. Priporočal je tudi, naj se pravilno poklekne pred Najsvetejšim, naj se glasno moli in sicer lepo harmonično in počasi in naj se pri tem češčenju kar mogoče goji ljudsko petje. Njegov predlog, naj se za napravo cerkvenih oblačil ustanovi nekaka zadruga, so navzoči pač vzeli na znanje; bilo je pa splošno mnenje, da zadruga ni potrebna, dokler imamo na izbiri domačih moči, ki so sposobne po zmerni ceni nam nuditi lepe izdelke te vrste.

K sklepu zborovanja je spregovoril še premilostivi gospod knezoškoč dr. Jeglič: Lepo, veselo in tolažilno znamenje je, da ste se udeležili evharističnega shoda v tako velikem številu: znamenje, da duhovniki umevajo pomen češčenja presv. Evharistije. To nam bodi porok, da se bo to češčenje tudi med našim ljudstvom vedno bolj ojačilo. Ljudstva, ki veliko in pobožno moli pred Najsvetejšim, Bog ne bo zavrgel. Če bomo duhovniki vneti častivci presv. Rešnjega Telesa, bomo znali ta ogenj zanetiti tudi v srcih vernikov. Sad tega ne bo izostal. Jezus nam bo to najobilnejše poplačal. Vse svoje prizadevanje v ta namen, ut adveniat regnum eucharisticum, pa priporočimo Devici Mariji.

Na to zaključil g. predsednik zborovanje s pozivom, da pojdimo prihodnje leto na evharističen shod v Špljet. Ta poziv je bil sprejet z velikim navdušenjem.

Shod se je zaključil s polurno adoracijo in litanijami presv. Srca Jezusovega pred izpostavljenim Najsvetejšim v stolni cerkvi.

Določba glede dušnega pastirstva pri c. kr. deželni brambli.

C. kr. deželno predsedništvo za Kranjsko je z dopisom z dne 5. nov., št. 6008/paes. semkaj prijavilo sledeči odlok c. kr. ministrstva za bogočastje in nauk z dne 26. okt. 1907, št. 35.073:

Mit Zuschrift vom 16. August 1907, Z. 3342, wurde vom k. k. Ministerium für Landesverteidigung die Zirkularverordnung des k. und k. Reichskriegsministeriums vom 15. Juli 1907, Präs. Nr. 4703 (Ver-

ordnungs-Blatt für das k. und k. Heer-Normal-Verordnungen-23. Stück vom 18. Juli 1907) nachstehenden Inhaltes übermittelt. Seine k. und k. Apostolische Majestät haben mit Allerhöchster Entschliebung vom 21. Juni 1907 Folgendes allergnädigst anzuordnen geruht:

„Die der Landwehr der im Reichsrate vertretenen Königreiche und Länder, sowie der ungarischen Landwehr zugeteilten aktiven Personen des Heeres sind auf die Dauer ihrer Zuteilung der militia stabilis zuzuweisen und somit von der militärgeistlichen Jurisdiktion ausgenommen.“

Hienach ist der § 17 des Dienstbuches A-16, c zu ergänzen.

Demzufolge ist auch der dritte Absatz im § 1 der „Organischen Bestimmungen“ für den Seelsorgedienst in der k. k. Landwehr (A-1, h) enthalten im Verordnungsblatte für die k. k. Landwehr, Nr. 32 ex 1906) zu streichen und durch nachstehenden Text zu ersetzen:

„Die bei der k. k. Landwehr zugeteilten aktiven Personen des k. und k. Heeres unterstehen für die Dauer dieser Diensteszuteilung im Frieden gleichfalls der zivilgeistlichen Jurisdiktion.“

Die k. k. Landesregierung wird ersucht, hinsichtlich der Berichtigung des mit dem hierortlichen Erlasse vom 15. September 1906, Z. 33.814, dorthin übermittelten Exemplares der „Organischen Bestimmungen für den Seelsorgedienst in der k. k. Landwehr“ im Sinne der obigen. Zirkularverordnung das Entsprechende zu veranlassen.

Kar se častiti duhovščini naznanja z naročilom, naj to izpremembo vzame na znanje glede na tretji odstavek § 1. „organske določbe za dušno pastirstvo pri c. kr. deželni brambi“, objavljeni v „Škofijskem Listu“, 1906, str. 94.

109.

Usus pileoli vel bireti occasione viatici.

Sv. stolica je na prošnjo premil. g. knezoškofa dovolila za dobo petih let duhovnikom ljubljanske škofije, da smejo ob zimskem času hoditi obhajati pokriti s čepico ali pa z biretom.

Dotična prošnja in nje rešitev se glasita:

Beatissime Pater!

Episcopus Labacensis, ad genua S. V. provolutus, supplex implorat facultatem permittendi Parochis et Sacerdotibus suae Dioecese, qui Sacrum Viaticum ad infirmos deferunt, ut caput pileolo vel bireto tegere possint ob hiemis vim.

Et Deus etc. . . .

Labacen.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X, referente infrascripto Cardinali Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, attentis expositis, benigne annuere dignatus est pro gratia iuxta preces ad proximum quinquennium. Contrariis non obstantibus quibuscunque.

Die 13 Novembris 1907.

L. S. S. Card. Cretoni Praef.

† D. Panici Archiep. Laodicen. secret.

Ko se častiti duhovščini to prijavlja, se ji hkrati naroča, naj vernikom s prižnice to dovoljenje pojasni.

110.

Duhovnih vaj

so se udeležili l. 1907. sledeči gg. duhovniki ljubljanske škofije:

Abram Janez,
Ahačič Matej,
Arko Mihael,
Barbo Mihael,
Bartelme Ivan,
Bernik Frančišek,
Bobek Alojzij,
Bojanec Anton,
Borštnar Ivan,
Brajec Josip,
Brence Janez,
Brešar Josip,

Brulec Frančišek,
Bukowitz Henrik,
Čuderman Janez (Begunje),
Čadež Anton,
Čemažar Frančišek,
Čik Karol,
Debevec Janez,
Dr. Debevec Josip,
Dejak Henrik,
Demšar Janez,
Dr. Demšar Josip,
Dobnikar Ivan,

Dr. Dolenec Josip,
Dolinar Frančišek,
Dolinar Janez,
Dornig Karol,
Drnovšek Juri,
Erjavec Matija,
Erker Ferdinand,
Erker Josip, kan.,
Ferjančič Frančišek,
Ferjančič Jakob,
Finžgar Frančišek,
Florijančič Janez,

Gabrič Anton,
Gabršek Frančišek,
Gliube Josip,
Dr. Gnidovec Janez,
Gnjezda Janez,
Golf Anton,
Gostiša Josip,
Gross Karol,
Groznič Frančišek,
Dr. Gruden Josip,
Hönigman Frančišek,
Hromec Ivan,

Janc Peter,
Janež Dominik,
Jemec Anton,
Jere Frančišek,
Jereb Ivan,
Jereb Matej,
Jerič Alojzij,
Jerše Valentin,
Ježek Matej,
Jovan Janko,
Kajdiž Tomaž,
Dr. Karlin Andrej,
Kastelic Matija,
Kimovec Frančišek,
Knific Josip,
Knol Adolf,
Kolar Matija,
Kolbezen Leopold,
Koller Avgust,
Korbič Anton,
Koritnik Anton,
Kraker Josip,
Kralj Matija,
Kreiner Anton,
Krumpestar Frančišek,
Dr. Kržišnik Josip,
Kukelj Anton,
Kummer Alojzij,
Kummer Frančišek,
Lah Lavrencij,
Lakmayer Frančišek,
Lavrenčič Anton,

Lavrenčič Janez,
Lavrič Andrej,
Lebar Jakob,
Legat Evgen,
Dr. Lesar Josip,
Lesjak Anton,
Lomšek Janez,
Lovšin Anton,
Lovšin Janez (Prem),
Majdič Frančišek,
Medved Janez,
Meršolj Janez,
Mezeg Anton,
Mikš Janez,
Mlakar Janko,
Müller Janez,
Nadrah Ignacij,
Nagode Josip,
Nachtigall Frančišek,
Noč Janez,
Noč Matija,
Oblak Valentin,
Ocepek Josip,
Ogrizek Jakob,
Okorn Matija,
Dr. Opeka Mihael,
Oranič Frančišek,
Papež Anton,
Pavlič Frančišek,
Dr. Pečjak Gregor,
Pehani Alojzij,
Dr. Perne Frančišek,

Perz Alojzij,
Perz Jožef,
Pešec Frančišek,
Petrič Janko,
Pipan Andrej,
Plahutnik Janez,
Plečnik Andrej,
Poč Martin,
Podboj Ivan,
Poljšak Anton,
Porenta Frančišek,
Porenta Gašper,
Potočnik Tomaž,
Potokar Jožef,
Povše Frančišek,
Premrl Stanko,
Regen Jožef,
Rihar Leopold,
Rihar Matej,
Rozman Juri,
Saje Miha,
Sajovic Janez,
Seigerschmied Jožef,
Skulj Frančišek,
Smrekar Janez,
Stazinski Nikolaj,
Stroj Alojzij,
Sturm Frančišek,
Sušnik Janez,
Dr. Svetina Ivan,
Šimenec Andrej,
Sinkovec Avgust,

Škerjanec Martin,
Šolar Josip,
Štrukelj Janez,
Tavčar Mihael,
Dr. Ušeničnik Aleš,
Dr. Ušeničnik Frančišek,
Vidmar Frančišek,
Vilman Gašper,
Virant Janez,
Vondrašek Vaclav,
Vrankar Josip,
Zabukovec Janez,
Zabukovec Tomaž,
Zajc Frančišek,
Zajec Pavel,
Zakrajšek Ivan,
Zaman Andrej,
Zaplotnik Ignacij,
Zevnik Mihael,
Dr. Zore Janez,
Zorko Frančišek,
Zupan Ivan,
Zupančič Ignacij,
Msgr. Zupančič Anton,
Zupančič Frančišek,
Žagar Jožef,
Žavbi Ivan,
Žnidaršič Anton, Draga,
Žnidaršič Anton, Bela
Cerkev,
Žust Jakob.

111.

Konkurzni razpis.

Razpisane so sledeče župnije: Begunje na Gorenjskem v radoliški, Sv. Gora v moravski, Košana v trnovski dekaniji. — Prošnje za župnijo Begunje naj se naslove na lastništvo radoliške graščine,

za župnijo Sv. Goro in Košano na c. kr. deželno vlado za Kranjsko.

Kot zadnji rok za vlaganje prošenj, se s tem do-
loči 11. januar 1908.

112.

Škofijska kronika.

Imenovan je bil za kanonika penitenciarja prečastiti g. stolni kanonik Janez Sušnik.

Podeljena je župnija Soteska č. g. Alojziju Volcu, kaplanu v Šmariji.

Umeščeni so bili: č. gosp. Simon Ažman, župnik na Studencu, na župnijo Kamnogorico 12. novembra; č. g. Mihael Horvat, župnik na Turjaku, na župnijo Studenec, 12. novembra; č. g. Ivan Lovšin, župnik na Premu, na župnijo Rakitna, 28. novembra; č. g. Alojzij Volc, kaplan v Šmariji, na župnijo Sotesko 2. decembra t. l.

Imenovani so bili za soupravitelje: č. gospod Martin Škrjanec, ekspozit v Harijah, za Prem; č. go-

spod Frančišek Finžgar, župnik v Želimljah, za Turjak, č. g. Josip Seigerschmied, župnik v Lescah, za Begunje na Gorenjskem.

Premeščen je bil č. g. Frančišek Vrhovec, kaplan v Leskovcu, v Šmarije.

V stalni pokoj sta stopila s 1. decembrom t. l.: č. g. Janez Košmelj, župnik v Begunjah na Gorenjskem in č. g. Janez Plevaneč, župnik v Soteski.

Umrli sta: č. g. Janez Hladnik, župnik v Košani, 29. novembra; č. g. Mavrilij Šarabon, katehet mestnih ljudskih šol v Ljubljani, 30. novembra t. l. — Priporočata se č. g. gg. sobratom v molitev.

Knezoškofijski ordinariat v Ljubljani, dné 10. decembra 1907.